UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Catalogvs Praepositorvm Et Archidiaconorum Garsensium, quot quidem eorum diligenti inquisitione ex antiquis documentis haberi potuerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

Visual Library

Lagile. Grimhart. Altman. Macil. Ainhart. Pranthot. Hanzo. Dieppo. Riphum. Richer, Hecel, Malitfrit. Hi nobiles viri. Gerolt. Diepolt. Adelun. Gnanno. Engil. Eccl. Antrich. Enolt. Frumehere. Wiheman. Dietmar. Menigoz. Waſegrin. We-cil. Hi viri domus Dei & alij complures. Hæc facta ſunt anno ab incarnatione Domini M. LXVIII. tempore Hildiprandi Papæ. Gebehardi Archiepiſcopi. Heinrici regis. Welfonis Ducis. Engilberti Comitis. Chuononis aduocati. Adl-vvini parochiani, feliciter, AMEN.

ANno incarnationis Dominicæ M. C. VII. *Conrado* Dei gratia Archipræſule *Eppo* pater meus dedit me *Richardam* Sanctæ Dei genitrici *Mariæ* ea ſcilicet condicione, vt ſingulis annis quinque nummos darem eidem Eccleſiæ. Si autem per quinquennium perſoluere negligerem, in ſexto anno penitus ancilla eiuſdem Eccleſiæ eſſem. Si vero paupertate coacta quinque nummos ſoluere nequirem, tribus ſolutis liber manerem. Teſtes huius rei præſentes fuerunt, Petrus, Marvvardus, Gotefridus, Hezil. Werigant. Fruhont, Reinhart, Purckhart. Dietmar. Fritel. Rudolf. Siboto. Richer. *Ex eodem lib.*

Omnibus Chriſtianam fidem profitentibus & defendentibus notificamus, qualiter duæ couterinæ ſorores *Adelheit* ſcilicet & *Tuta* ſub libera parſchalcorum condicione conſtitutæ, prædium ſuum *Woluesgrübe* rogatu *Cadelhohi* presbyteri Sanctæ *Mariæ Garzæ* ſub Chriſtianæ fidei teſtimonio coram *Cunone* aduocato delegauerunt ſuper altare Sanctæ *Mariæ* ſanctæq; *Radegundis* ea lege, vt vſus illius prædij quæſiti & inquirendi ſupradicto presbytero filioq; ſuo *Vdalrico* perſoluerentur. Poſt vtriuſq; verò obitum prædium illud pro remedio animæ illorum, & parentũ illorum ſupradicto altari & fratribus ibidem ſeruientibus Deo deſeruiret. Teſtes autem huius rei ſunt iſti. Wernher de Goppinheim. Afram de Iſina. Liutvvin & Wezil de Amphingin. Wernhart & frater eius Rudger de Wilkirchin. Dietmar & Babo de Durrinberck. Albuin & frater eius Ludvvin de Gebiningin. Herman de Gribingin. Volcholt de Friheim. Cunrat de Wolganesberge. Rudolf de Richersheim. Irminſtein de Engilmundisberge. Arnolt de Megilingin. Starkant de Moringin. Vrluge de Nithardingen. Eruuin & frater eius Enziman de Imminheim, & præterea multi alij qui viderunt.

CATALOGVS PRÆPOSITORVM ET Archidiaconorum Garſenſium, quot quidem eorum diligenti inquiſitione ex antiquis documentis haberi potuerunt.

I. BOSO *fundator primus fuit huius Monaſterij Præpoſitus, quem* Taſſilo *tertius Boiariæ Dux, cum oblatione plurium cenſuum Epiſcopo* Salisb. *ad hoc Monaſterium commendauit. Poſt hunc* Boſonem *forte ob temporum iniuriam, & quia Monaſterium igne conſumtum eſt, in quo & diplomata vetera perierunt, nihil penitus inuenitur ad annos fermè 400, vſq; ad* Hugonem.

HVGO.
HEINRICVS.
FRIDERICVS. } *Iſti tres Præpoſiti reperiuntur in noſtro traditionum libro circa annos Domini 1100. indiſtinctè tamen, & ſine certo annorum numero monaſterio præfuiſſe vſq; ad tempus ſchiſmatis, quod ortum eſt tempore* Alexandri PP. *III. &* Friderici *Imp. I.*

EGENOLPHVS *Anno 1160.*

Hic Egenolphus *fuit imperatoris* Friderici *Capellanus, & ab eodem Imp. ad hoc monaſterium tempore ſchiſmatis intruſus.*

IOAN-

IOANNES, *Anno 1164.*
BERTHOLDVS, *1185.*

Sub hoc Præpoſito approbatur inſtitutum Auguſtinianum huius loci; Monaſterium in protectionem apoſtolicam ſuſcipitur, & confirmantur reditus.

ADELVNVS, *1204.*
FRIDERICVS *ſecundus, 1239.*
EPPO.
ERNSTO *ſeu Erneſtus.*
GVNDACRVS, *1317.*

Ex annorum numero facile deprehenditur aliquot Præpoſitos hic deeſſe, quorum a. nomina indagari hactenus non potuerunt.

Ex necrologio deſcriptus eſt hic Præpoſitus, & pro primo habitus.

ALBERTVS *Lebezndorffer 1374.*
IACOBVS, *1390.*
IACOBVS *Hinderskircher, 1420.*
CONRADVS, *1435.*
THOMAS *Surauer 1448.*
CHRISTOPHORVS *Nadler 1459.*
IOHANNES *Moshaimer 1469.*
IOHANNES *Stokhaimer 1494.*

Primus obtinuit à Sixto *IIII. Pont. vſum baculi & mitræ, poteſtatem benedicendi veſtes Sacerdotales.*

IOHANNES *Zollner 1523.*
IOHANNES *Schambacher 1525.*
SEBASTIANVS *Baltram 1532.*
CASPARVS *à Leuznprunn 1535.*

Hic fuit generalis Ordinis Teutonici in Memmingen *Commendator, aliquandiu Adminiſtrator, Præpoſitus & Archidiaconus huius loci.*

VALENTINVS *Rhem, 1548.*
GEORGIVS *Odnhueber, 1556.*
GEORGIVS *Haderſperger. 1591.*
MICHAEL WANGNER *Eccius præſidet adhuc hoc anno 1619.*

PRÆPOSITI MONASTERII AVV.

I. HARTWICVS, *Præpoſitus, An. 1068. de hoc nihil certi in Monaſterio reperitur.*
II. FRIDERICVS, *An. 1141.*
III. HERBARTVS, *An. 1161.*
IV. LOTHARIVS, *An. 1181.*
V. BABO, *An. 1204.*
VI. CONRADVS, *An. 1245.*
VII. HENRICVS, *An. 1259.*
VIII. EBERHARDVS, *An. 1267.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN